

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 600

Trisegni

Autocritica, 4 gennaio 1960

(ANVERSA)

(Arch. Somasca)

Antwerpen, 4<sup>a</sup> jan. 1960.

Reverendissime Pater!

Cum mihi in animo sit proximo anno  
conspectum poetarum latinorum saeculi XX edere in "Euphrosyne"  
commentariis Glisiponensibus, liceat orare te  
ut carminum tuorum, quae hucusque edidisti, indicam  
mihi mittatis. In schedis meis notata sunt Hoeufftiana  
1952-56, 1959 necnon Mingorellianum 1951 (De arte poetica  
+ Somnium). Vereor tamen ut alia me hucusque fugerint,  
quod minime velim. Vale

  
G. B. Pigato, Phil.

Nom  
en adres van  
de afzender

Nom  
et adresse de  
l'expéditeur

Dr. J. J. Isewijn  
Ploegstraat 40  
ANTWERPEN  
(BELGIO)



Al Reverendissimo G. B. Pigato, C.R.S.

Collegio "GALLIO"

dei Padri Somaschi

di - COMO

(ITALIA)

Antuerpiae 4 jan. 1960

Reverendissime Pater,

Cum mihi in animo sit proximo anno con-  
spectum poetarum latinorum saeculi XX edere in " Euphrosyne "  
commentariis Olisiponensibus, liceat orare te ut carminum  
tuorum, quae hucusque edidisti, indicem mihi mittas. In sche-  
dis meis notata sunt Hoeufftiana 1952-56, 1959 necnon Minga-  
rellianarum 1951 ( De arte poetica, somnium ). Vereor tamen  
ne alia me hucusque fugerint, quod minime velim. Vale.

J. Jisewijn

de class. Phil.

Ploegstraat 10

Antwerpen ( Belgio )

Al Reverendissimo G.B. Pigato crs.

Collegio " Gallio " dei Padri Somaschi

di Como ( Italia )

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. 148 603

---

---

*Fisewin*

---

*Anteverpe, 11 gennaio 1960*

(Arch. Somasco)

Antverpiae, 11<sup>a</sup> Jan. 1960.

Reverendissimo Patri J. B. Pigato Josephus Ysewijn  
S. P. D.


Benignis ac amicissimis tuis litteris valde gavisus sum. Pro libellis, quos mihi misisti, unam e commentationibus meis, modestum *ἱερὸδωπον* tibi reddendum cursui publico tradidi. Carmen in "Latinitate" editum, etri noveram, incuria mea in chartulam priorem non rettuli. Unum erat, quod in altera scidula tuo nomine inscripta notaveram. Quae scidula in charta conscribenda me fugit. Mihi des veniam, quaeso! Est tamen aliquid, quod nondum recte scio: praemium illud Mingorellianum utrum semel tantum anno 1951 poëtis propositum sit an saepius. Nullum autem victorem proster te in commentariis, q. t. "Aerum" 25 (1951) pp. 504-11, aliove loco invenire potui. Vale!

Observantissimo opinio te salutat

A. B. Licetne vobis aliquod fragmentum e carminibus suis in "Anthologiam veterum latinorum vivetium", quam parat J. Elberle Stutgardionus, inserere?

Noam | Nom  
en adres van | et adresse de  
de afzender | l'expéditeur

Dr. J. Ysewijn  
Pleegstraat 10  
Antwerpen  
(België)



Rev. Patri J. B. Pigato C. R. S.  
Collegio Convitto GALLIO  
Via Gallo, 1.  
COMO  
(ITALIA)

Antxuerpiae 11 ian. 1960

Reverendissimo Patri J.B. Pigato Josephus Jisewinius S.P.D.

Benignis ac amicissimis tuis litteris valde gavisus sum.  
Pro libellis, quos mihi misisti, unam e commentatiunculis meis,  
modestum *art. super* tibi reddendum cursui publico tradidi.

Carmen in " Latinitate " editum, etsi noveram, incuria mea  
in chartulam priorem non rettuli; unum erat, quod in altera  
scidula tuo nomine inscripta notaveram. Quae scidula in char-  
ta conscribenda me fugit. Mihi des veniam, quaeso! Est tamen  
aliquid, quod nondum recte scio: praemium illud Mingarellia-  
num utrum semel tantum anno 1951 poetis propositum sit an sae-  
pius. Nullum autem victorem praeter te in commentariis, q.t.  
" Aevum " 25 ( 1951 ) pp. 504, aliove loco invenire potui.  
Vale. Observantissimo animo te salutat

J. Ijsewin

N.B. - Liceatne nobis aliquod fragmentum e carminibus tuis  
in " Anthologiam poetarum viventium latinorum ", quam parat  
J. Eberle Stutgardianus, inserere?

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 605

---

---

*Tisewijn*

---

---

*2 fthms 1960*

---

Joanni Baptistae Pigato Josephus IJsewijn S.P.D.,

2.2.60

Quod sero litteris votisque in annum novum tuis responsum dedi, reverende admodum et amicissime Pater, id non tabellariis publicis imputandum est, qui in Flandria ab opere nullo unquam die cessaverunt, verum mihimetipsi qui variis laboribus et curis a litteris scribendis aliquamdiu abstractus sum. Quas inter curas non minima est uxoris salus. Etenim cum gravida iterum facta sit, una periculum haud leve ortum est ne res secus evaderet. Etiam nunc in dubio timemus.

Interim tamen certus eram te litteris quam decuit serius redditus non offensum iri itaque ne moram aliquam interponerem non veritus sum. Nihilominus nunc tandem et me litteris tuis vehementer gavisum esse praedico et omnia fausta felicia pacifica per totum annum ut tibi sint gratus opto.

Quae proximis septimanis in Belgio vel potius in tractu Belgii meridionali acciderint nemo mirari debet qui huiusce regni historiam et compositionem satificiose aliquantum perspexerit. Intra enim Belgii fines tres populi vel potius populorum partes, Flandrici Vallonici Germani, etsi nihil commune habent, una vivere coacti sunt. Ut de Germanis taceam qui pauci sunt in extremo regni limbo orientali, Flandrici homines sunt stirpis germanicae, ordinis ac tranquillitatis amantes, catholici maxima ex parte, communi demum sermone cum Batavis coniuncti. Anno 1955 Flandria Leopoldum regem exsulantem unanimes fere revocavit, anno 1955 novae legi de scholis, a ministro socialistico et Vallonico propositae, acriter sese opposuit. Nunc tandem legem, quae vocatur unica (quia id spectat ut una lege oeconomia publica post Congum amissum reformaretur), accipere voluit quia concordia et parsimonia omnium civium opus est ut terra nostra detrimenta anni superioris resarciat. Itaque nihil fere in Flandria turbatum aut cessatum est, etsi communistae et socialistae Vallonici Francogallici et Germani orientales qui Antverpianam Gandavum aliasque in urbes advecti erant infimam plebem excitare conati sunt.

Vallonici vero revera francogallici sunt homines, turbatores, marxistae et quam maxime instabiles. Mense octobri proximo Balduinum regem et Fabiolam sponsam Leodii ardentius quam Flandrici acclamaverunt iidem viri, qui paucis diebus post reginam novam vaccam hispanicam publice appellare ausi sunt. Heri vero cum rex et regina Castelletum, urbem Vallonicam aquis Sambriae fluminis inundatam visitarent, ingenti populi ovantis concursu excepti sunt!

Accedit quod regiones nostrae, ubi pueri et adulescentes multi sunt magis magisque florescunt et propter condiciones fabricis novis erigendis egregias opifices et industriosos extraneos attrahunt alliciuntque. Vallonicae autem, ubi pueri odio vel molestiae sunt, ubi fodinae iam tandem exinanitae sunt, unde tandem pecunia ad regiones tutiores aufugit, citius citiusque senescunt ac deseruntur. Vallonia moritur! Non iam rari sunt vici Vallonici, praesertim rurales, quorum incolae ex tertia vel altera parte Flandrici sunt. In fodinis tertius quisque fossor tantum Vallonicus est, ceteri Italiani et Flandrici, etc. Iam tandem, ut intelligas quanto discrimine Vallonici a Flandricis discernantur, hoc addam Lovanii in universitate, cuius pars est flandrica, pars francogallica ad sermonem quod attinet, inter studiosos utriusque gentis nihil esse commune raroque vel nunquam accidere ut Flandricus cum Vallonico colloquatur etiamsi in uno eodemque conclavi scribendo vel legendo consederint.

Nunc vero ad "Musas latinas anni MCMLX" revertar oportet. Iterum tibi tuisque omnia fausta precor nostrique ut memor maneat oro.

Vale!

Scripsi postridie Kal. Febr. anno MCMLX  
Antverpiae.

(Arch. Somasco)



# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 607

---

---

*Jisewj m*

---

*7 febbraio 1960*

---

. IJsewijn  
loegstraat 10  
ANTWERPEN  
(BELGIE)

(Arch. Lomasco)

7.2.60

Iohanni Baptistae Pigato, Domino reverendissimo S.P.D.

Duobus tuis litteris amicitiae ac curae plenis quod non prius responsum dedi aliquantum me pudet. At, credas mihi quaeso, tot tantisque negotiis hoc tempore distringor ut omnibus, optima quamquam uxore auxiliante, sufficere vix possim. Nunc ad singula quae scripsisti redeam:

Aristidem Calderini, doctorem Mediolanensem, satis bene novi. Bis eum vidi, primum Lovanii, cum praelectionibus tribus papyrologiis studiosus etiamtum adessem, iterum Vindobonae anno 1955 in Congressu papyrologico ab omni gente convocato. Illic cum eo sociisque eius prima vice italice loqui conatus sum! Ceterum vir humanissimus ac amabilissimus esse mihi visus est. De ingentibus, quos exantlat laboribus non semel amicos, qui aliquandiu Mediolani versati sunt, loquentes audivi.

Carmen Acastis Bresciani in urbem Aquileiam si tibi parere cupis, ad auctorem cives tuum scribas. Statim tibi eum eius "Carmina agrestia civilia sacra" (S. Laurentii Novi, 1950) missurum esse credo. Litterae inscribendae sunt: Monsignore Acaste Bresciani, San Lorenzo Nuovo / Viterbo. Libellus typis expressus est a Clemente Ceccarelli, Grotte di Castro (Viterbo). 35 paginas complectitur, carmina XL.

De iis quae per cessationem opificum socialistorum nuper Antverpiae, Bruxellis, Caroloregii aliisque in urbibus belgicis acciderunt, tranquillo sis animo. Quid enim factum est? Hoc tempore Belgium regimine christiano-liberali gubernatur, quod socialistico-liberali duobus annis ante successit. Opificum consociationes tres sunt: christiana, socialistica vel rubra, liberalis. Ut apud nostrates mos est, statis temporibus factio politica, quae regiminis particeps non est, consociationem opificum suam ad cessationem tumultuariam incitat. Paucis diebus ante incitur socialistarum factio "cessationem generalem" pronuntiavit ut reeimen ad "colloquium socialo-oeconomicum" convocandum cogeret. Quid autem factum est? Hucusque, si rubri cessationem fieri iuebant christiani etiam et liberales, etsi numero crebriores at mirus insolentes, metu molestiarum domi manserunt. Hunc vero aliter evenit. Quir etiam multi opifices socialistae, vana esse quae a regimine noscebantur iudicantes, opere non cessaverunt. Quibus visis cessationis auctores ita sunt irati ut perditos quosdam cives in ceteros excitare conati essent. Qui hic illic autorae-das cubrusque transviarios destruerunt vel afflicerunt. Stationem vero Antverpiensem nunquam occupaverunt -salvus eo die Lovanium commeavi -sed in stationis thermopolium irrumperere conati sunt unde mox expellebantur. Ceterum in Flandria haec dies valde placida fuit, in Vallonia, regione satis rubra, magis turbata. Bruxellis studiosi universitatis "liberae" (intellige: communisticae), ut eis mos est, omnia perturbare tentantes, nonnullarum tabernarum vitra confrugerunt.

Iterum tibi has litteras via aerea misi, quia cursus publicus noster rogat ut litteris extra fines Belgii mittendis charta quam levissima utamur. Eodem autem pretio litterae per Europam aeronavi vel tramina feruntur. Vale!

Scripsi Antverpiae, die 7a februarii 1960.

observantissimus tui

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. 158 613

---

---

*Jisewin*

---

---

*Antwerp, 3 marzo 1960*

Naam | Nom  
en adres van | et adresse de  
de afzender | l'expéditeur

J. Jsewijn  
Ploegstraat 10  
Antwerpen  
(BELGIË)



Reverendissimo Patri G. B. Pigato

Collegio Convento Gallio  
dei Padri Somaschi  
Via Gallio, 1,

COMO

(ITALIA)

Antwerpen, 3-3-1960.

Reverendissime ac humanissime Pater!

Et si sero tamen non minus ex animo Tibi  
de bonum orationis tuae de Vergilio eventum gratulor.  
Non tantum Tibi, verum etiam civibus tuis Comensibus  
honori est cultus omnium vatum principis. Nuntium  
de modo, quo allocutionem editurus sis, avidè expec-  
to.

Scisne apud Anglos etiam anthologiam nedati-  
nam parari? Mr. D. Verne (63 Temple Row, Birming-  
ham, 2) omnes poetas rogavit ut sibi carmina me-  
tris lyricis exarata mitterent. Quid tibi visetur?  
Ceterum optime valemus teque ut valeas optamus.

(Arch. Somasco)

Antwuerpiae 3 3 1960

Reverendissime ac humanissime Pater,

Etsi sero tamen non minus ex animo tibi ob bonum orationis tuae de Vergilio eventum gratulor. Non tantum tibi,, verum etiam civibus tui Comensibus honori est cultus omnium vatum principis. Nuntium de modo, quo allocutionem editurus sis, avide expecto.

Scisne apud Anglos etiam anthologiam neolatinam parari? Mr. D. Verne ( 63 Temple Row, Birmingham, 2 ) omnes poetas rogavit ut sibi carmina metris lyricis exarata mitterent. Quid tibi videtur? Ceterum optime valemus teque ut valeas optamus.

J. Ijsewin.

---

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. 14B 630

Fisawjn

14 settembre 1960

J. IJsewijn  
Ploegstraat 10  
ANTWERPEN  
(BELGIUM)

Joanni Baptistae Pigato Josephus IJsewijn ex animo  
S.P.D.

Acceptis tuis litteris, Reverentissime Domine, gavisus sum simul ac dolui. Dolui ob molestissimam, quam perpessus es, vitae condicionem. Gavisus tamen sum quod eam in meliorem statum iamiam mutari scripsisti. Persuasum itaque habeo Phoebum mox tibi ex integro arrisurum esse. Ex imo namque animo spero te a Musis ingenium tuum haud remoturum esse: carmina tua, etsi interdum intellectu difficiliora sunt, inter optima huiusce temporis collocare ausim. Iis enim inest cogitatorum ac sensuum vis quaedam et robur nativum, quibus nimis multa poetarum viventium exercitamenta scholastica vel rhetorica carent. Perge igitur quo cepisti nobisque aliquando "CARMINUM" corpus offer, quo dignum iuxta Pascolium et Genovesium locum inter poetas latinos saeculi XX obtinebis. Ceteroquin quae in primo huius anni LATINITATIS libello de "Matre" scripsisti, validissima animi commotione legimus. Quo patet te non minus pedestri quam poetica oratione valere!

Ad nos quod attinet, uxor et filiola et ego - Deo gratias! - optime valemus. Rogatus sum ut a mense Octobri proximo grammaticam latinam in Studiorum Universitate Catholica Lovaniensi docerem. Quod propositum libenter accepi, utpote qui litteras latinas semper in deliciis habeam. De studiis autem meis ad poesin recentissimam pertinentibus haec scito: quoquo anno in "Latinitate" conspectum edere, qualem legisti, mihi in animo est (Doleo quod praeter expectationem superioris elucubrationis nullum mihi redditum est exemplar seorsum expressum.). Per has porro ferias una cum Josepho Eberle Stugardiano et Henrico Schnur Novo-Eboracensi egi de condendo commentariolo trimestri, qui "Musa Latina" inscribetur. Commentariolus poesi latinae tam metricae quam rhythmicae excolendae dicabitur. Fortasse et tu aliquando nobis quaedam ingenii tui specimina offerre dignaberis.

Rogare tandem velim utrum quintum Aemilii Merone, poetae ni fallor Neapolitani, carminum libellum videris necne. Etenim anno 1959 "MUNUSCULA Musae" edidit, quae frustra tamen quaesivi. Libello praefatus est Bernardus Riposati, Universitatis Mediolanensis doctor, qui hucusque litteris meis responsum non dedit. Poetae ipsius domicilium invenire nondum potui.

Haec sunt quae scribere habui: libellum quem misisse scripsisti, nondum accepi at magno cum studio lecturus sum. Vale!

Dedi Antverpia, a. d. XVIII Kal. Octobr. anno MCM LX.

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 637

---

---

Jisewjn

---

28 ottobre 1960

---



J. IJsewijn  
Ploegstraat 10  
ANTWERPEN  
(BELGIUM)

(Arch. Sarnasco)

28.X.60

Reverende admodum Pater!


Ignoscas mihi, quaeso, quod post libellum tuum de "Vergilio poesis hodiernae patre" acceptum tibi nondum rescripseram. At ne tantum quidem otii mihi supererat ut commentationem debita cura legerem! Haec etiam epistula raptim scripta est: Lovanii enim primi philologiae classicae anni praelectionibus centum et duo studiosi adsunt, secundi autem anni quadraginta quattuor. Quorum omnium pensa latina singulis hebdomadibus emendare debeo. Accedit quod studiosos illos morphologiam et casuum syntaxin latinam doceo, iisdem Minucium Felicem explico, singulis tandem opusculum philologum perficiendum imposui. Multae praeterea ad me litterae perferuntur de poetis neolatinis nec hisce de causis studia hellenistica neglegere aut mariti patrisque officio deesse possum... Luctor ut emergam!

Quod tantos labores mihi suscepisti ut quis esset Aemilius Merone scirem, maximopere tibi gratias ago. Paucis autem diebus ante ille ipse poeta, a Bernardo Riposati monitus, litteras et opuscula mihi misit. Habitat Piazza Ferrovia, S. Anastasia (Napoli). Mea quidem sententia maximus et egregius poeta videtur, etsi non semper leges metricas Antiquorum observat. Sermo etiam nostrum tempus valde sapit. Quodsi igitur latinitatem et artem metricam eius improbari potest, arte tamen poetica excellit. Attamen me non latet in Italia poetas, qui Antiquorum exempla non imitantur, non laudari, immo vero vituperari nec poetae nomine dignos haberi. Quam consuetudinem nec intellego nec probo: etenim, cum poetis vernaculis maxima inveniendi libertas concedatur, latinis extra fines Antiquorum satis angustos progredi prohibetur! Si litteras latinas vitales servare volumus, non tantum formae cusedam religiose, ut ita dicam, excolendae sunt, verum etiam novae excitandae et fovendae. At haec lis est vetus inter Cisalpinos et Transalpinos!

Nescio num tibi iam scripserim novos in Italia commentarios latinos hoc anno conditos esse: inscribuntur Latina Lingua iisque moderator praest R. P. Nicolaus Lusito. Domicilium hoc est: Basilica di S. Francesco, PAOLA-Santuario (Cosenza).

Vale et bonum animum semper serva!

Scripsi Antverniae, a. d. IV Kal. Nov. MCM LX



Nuper plagulas "Conspectus poetarum latinorum saeculi XX" correxi.  
Quo conspectu etiam nomen tuum illustrasse ac perpetuare spero!




(Arch. Senneca)

Antverpiae, 18-XI-60

Carissime Pater!

Et uxor et ego vehementer  
gouisi sumus quod meliore uirum  
omino es. Nihil enim magis  
dederimus quam ingenium tuum  
tam humanum, tam poeticum ma-  
turius languescere. Itaque, quam  
quam feliciter fortunatèque uidentibus  
facile sit, alis bene praecipere, te  
domus de amicitiam nostram pro-  
uulsi flandrici commonefacere  
ausimus. Post pluriannu lucet sol.  
Ceteroquin Deum precamur ut tibi  
uies pristinas reddere dignetur.  
Optime Vale!



Reverendo uirum. Patri G. B. Pigato

Collegio Conwitto Gallio

VIA Gallio 1

COMO

ITALIA

Em. Thill, Bruxelles, n° 3

Antwerpen  
Groenplaats (Hoofdkerk en Standbeeld Rubens).  
Place Verte (Cathédrale et Statue Rubens).



Antwuerpiae 12 XI 1960

Carissime Patere

Et uxor et ego vehementer gavisi sumus quod meliore iam animo es. Nihil enim magis doleremus quam ingenium tuum tam humanum, tam poeticum maturius languescere. Itaque, quumquam feliciter fortunateque viventibus facile sit, aliis bene praecipere, te tamen ob amicitiam nostram proverbii flandrici commonefacere ausimus " Post pluviam lucet sol ". Ceteroquin Deum precamur ut tibi vires pristinas reddere dignetur. Optimam vale.

J Ijsewin

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi


n. PSB 669

Jisewja

Antwerpen, 25 marzo 1951

Rever.do adm. Patri J.B. Pigato - Como  
 Chartula Como, comiter abs te quae modo data, /optime Pater,  
 dulcis amice, tanta paravit /gaudia nobis quanta per hosce  
 versiculos haud /reddere possum. Attamen ipse - nec minus uxor /  
 grata rependo vota libenter. Et tibi dicit /matula, vix quae  
 fragmine vocis verbula temptat /suavia " darada "  
 d. Antwuerpia a.d. VIII Kal. apr. MCMLI

↓  
 1961 (!)



Chartula Como,  
 comiter abs te  
 quae modo data,  
 Optime Pater,  
 Dulcis amice,  
 tanta paravit  
 gaudia nobis  
 quanta per hosce  
 versiculos haud  
 reddere possum.  
 Attamen ipse  
 - nec minus uxor -  
 grata rependo  
 vota libenter.  
 Et tibi dicit  
 matula, vix quae  
 fragmine vocis  
 verbula temptat  
 suavia "dar-da!"

d. Antwuerpia, a.d. VIII Kal. Apr. MCMLI

25.3.51

*[Handwritten signature]*

KUNSTVERLAG MICHEL - NURNBERG - PRINTED IN GERMANY



Reverendo adm. Patri J.B. Pigato

Collegio Convitto Gallio

Via Gallio 1

COMO

(ITALIA)

Fra Filippo Lippi (1466-1499)  
 Madonna del Kind anbetend • Madonna adorand the  
 Child • La Vergine adorant l'Enfant (Florence, Uffizi) • See 1001

(Arch. Somasca)

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 651

---

---

*Jisewjn*

---

*Antwerpen, 17 maggio 1961*

Antwuerpiae a.d. XVI Kal. Iun. MCMLXI

Reverende admodum et amicissime Pater,

Laetus novissimas tuas litteras accepi, ex quibus certior factum sum te, etsi multis officiis cumulatum, admodum tamen valere. Nos etiam satis valemus, etsi uxor denuo gravida coxae dolore nonnumquam cruciatur. Scito etiam nos Idibus Iuliis Antwuerpia Lovanium commigraturos esse; domus nova sita est: Paul Lebrunstraat 27, Leuven. Fieri etiam potest un mense februario exeunte cum uxore et liberis Italiam petam et quattuor menses studiorum causa Romae versaturus sim. Suntne eo tempore viae in Italia satis tutae ut iter autocineto facere possim? An praestat tempestatum causa autocinetum tramini imponere? At parum urbanus sum, qui de me meisque garriam, quaestiones vero tuas praeterierim! Anthologia poetica, quam Josephus Eberle (Turmhaus, Stuttgart) paravit iam prelo commissa est, etsi plagulae nondum correctae sunt. Nescio itaque utrum specimen carminum tuorum una cum brevi vitae curriculo etiamnunc recipi possit annon. Mittas tamen suadeo. Est autem Anthologia quinquaginta poetarum e septemdecim nationibus, i. q. Italia, America, Brasilia, Australia, Russia, Iugoslavia etc. Ego autem epilogum pedestri oratione scripsi de poesi latina recentiorum temporum. Monere te etiam velim florilegium cuiusvis generis carmine accepisse praeter ea, quae aut versa sunt e linguis vernaculis aut argumentum tractant sacrum. Nam, ut ipse in praefatione scripsit, impium duxit sacra profanis miscere.

Mense maio liber noster prelo exiit, quem nativo sermone conscripsimus de poetis latinis, qui saeculo XX floruerunt. Mentionem etiam fecimus poetarum maioris momenti, qui saeculo XIX opera ediderunt (Vitrioli, Esseiva, Leo XIII etc.). Ubi de poetis, qui nunc sunt, scripsimus, nomen etiam tuum protulimus et tres locos ex opusculis tuis exempli gratia excerpimus. Quod vero nederlandice, non latine opus conscripsimus (eaeque de causa nec tibi nec ceteris Italibus usui esse possumus), id non nostra sed editoris culpa est. Cui tamen gratus sum, quia libellum de poetis latinis typis mandare non recusavit, qui



semper carmina flandrica edere solebat.

Heri " Carmina " Hugonis Henrici Paoli accepi, quae apud librarium florentinum Le Monnier prodierunt. Sunt novum et lucumentum latinitatis italicae monumentum, quod ut quam laetissime divulgatur vehementer optandum est. Utinam multi essent professores, qualis Paoli, docti simul et poetae!

Optima vale, Pater carissime, et nostri memor sis.

Salutat te addictissimus tuus

J. Ijsewin

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 653

Jisewin

15 giugno 1961

(Arch. Somasca)

15. VI. 61

Antverpiae, a. d. XVI Kal. Jul. MCMLXI.

Reverende admodum et amice Pater!

Laetus novissimas tuas litteras accepi, ex quibus certior factus sum te, et si multis officiis cumulatum, admodum tamen valere. Nos etiam satis valeamus, et si uxor denuo graviore coxae dolore nonnumquam cruciatur. Satis etiam nos Idibus Iulii Antverpiâ Lovanium commigraturos esse: domus nova sita est: PAUL LEBRUNSTRAAT 47, LEUVEN. Fieri etiam potest ut mense Februario exeunte cum uxore et liberis Italiam petam et quattuor menses studiorum causa Romae versaturus sim. Suntne eo tempore viae in Italia satis tutae ut iter autocinetis facere possim? An praestat tempestatum causa autocinetum tramini impavere? At parum urbanus sum, qui de me neisque garris, quaestiones vero tuas praeterierim! Anthologia poetica, quam Josephus Eberle (Turnhaus, Stuttgart) paravit iam prelo commissa est, et si plagulae nondum correctae sunt. Nescio itaque utrum specimen carminum tuorum una cum brevi vitae curriculum etiamnum recipi possit amari. Mitti tamen suadeo. Est autem anthologia quinquaginta poetarum e septendecim nationibus, i. q. Italia, America, Brasilia, Australia, Russia, Iugoslavia etc. Ego autem epilogum pedestri oratione scripsi de poesi Latinae recentiorum temporum. Monere te etiam velim florilegum cuiusvis generis carmina accepisse praeter ea, quae aut versa sunt e linguis vernaculis aut argumentum tractant sacrum. Nam, ut ipse in praefatione scripsit, impium duxit sacra profanis miscere.

Mense maio liber noster prelo exiit, quem nativo sermone conscripsimus de poetis Latinis, qui saeculo XX<sup>o</sup> floruerunt. Mentionem etiam fecimus poetarum maioris

momentis, qui saeculo XIX opera ediderunt (Vitruoli, Esseiva, Leo XIII etc.). Ubi de  
poetis, qui nunc sunt, scripsimus, nomen etiam tuum protulimus et tres locos ex  
opusculis tuis exempli gratia excerptimus. Quod vero nederlandice, non latine opus  
conscripsimus (eaque de causa nec tibi nec ceteris Italis usui esse possumus), id non  
nostra sed editoris culpa est. Cui tamen gratus sum, quia libellum de poetis latinis  
typis mandare non recusavit, qui semper carmina flandrica edere solebat.

Heri "Carmina" Hugonis Henrici Paoli accepi, quae apud librarium Florentinum  
Le Monnier proleperunt. Sunt novum et luculentum latinitatis Italicae monumentum,  
quod ut quam latissime divulgetur vehementer optandum est. Utinam multi essent  
professores, qualis Paoli, docti simul et poetae!

Optime vale, Pater carissime, et nostri memores  
ris.

Salutat te addictissimus tuus

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 656

---

---

*Jisewijn*

---

*Antwerpen, 24 giugno 1961*

---

(Arch. Samasca)

24 VI 61  
Antverpiæ, a. d. VIII Kal. Jul. MCMCLXI

Humerrimè atque carissimè Porter!

Te bene valere lactissimè accepi. Veniam certe mihi  
ioniam migraturo dabis quod tam breviter scribo. At, ni annis fallunt,  
venise felicitatis exente alter alterum videbit, quoniam Romanam peregrinam  
possum quin Corni consistam ad te et Plinium visendum. Meam autem erunt  
vros et duae (o!) natulae (natula et natulus?). Deum oro quæso ut iter nostrum  
protegat.

Ultimam scivissem te etiam libros de poesi latina nederlandice scriptos  
sibi passore velle! Exemplaria enim, quae editor mihi tribuit, amicis et vris  
doctis nostratibus distribui. Nullum a paucis mihi datis cheu superest.  
Libellus 65 francis belgicis (± 600 lib.) venit apud editorem (De Bladen voor  
de Poëzie, Kapucijnenvest 4, Liek). Titulus est "Latijnse Poëzie van de  
twinhigste eeuw" ("De poesi latina saeculi XXI"). Si tamen tibi videbitur, ego  
exemplar etiam minore, quod mihi editor concessit, pretio et cui tu vis  
mittendum curabo. Pretium ita erit 50 BF (± 600 libr.).

Vale!

Naam  
en adres van  
de afzender

Nom  
et adresse de  
l'expéditeur

J. Ysewijn

Ploegstraat 10

Antwerpen - Belgio

NOVUM DOMICILIUM A 12-VII-1960

Paul Lebrunstraat 27  
LEUVEN.

POSTKAART



CARTE POSTALE



Rev. adm. Patri G. B. Pigato

Collegio Conitto Gallico

AU Via Gallio 1

COMO

(ITALIA)

Antwerpiae a.d. VIII Kal. Iul. MCMLXI

Humanissime atque carissime Pater!

Te bene valere laetissimus ac cepi. Veniam certe mihi iamiam migraturo dabis quod tam breviter scribo. At, ni omnia fallunt, mense februario exeunte alter alterum videbit, quoniam Romam pergens non possum quin Comi consistam ad te et Plinium visendum. Mecum autem erunt uxor et duae (o? ) natulae ( natula et natulus? ). Deum ores quaeso ut iter nostrum protegat.

Utinam scivissem te etiam libros de poesi latina nederlandice scriptos tibi parare velle! Exemplaria enim, quae editor mihi tribuit, amicis et viris doctis nostralibus distribui. Nullum e paucis mihi datum eheu suoerest. Libellus 65 francis belgicis venit apud editorem ( De Bladen voor de Poezie, Kapucinenvest 4, Lier ). Titulus est: " Latynse Poezie van de twing<sup>g</sup>ste C; ) ( De poesi latina saec. XX ). Si tamen tibi videtur, ego exemplar emam minore, quod mihi editor concessit, pretio et cui tu vis mittendum curabo. Pretium ita erit ~~se~~ 50 BF. Vale.

J. Ijsewin

---

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. KB 659

Fisewin

Lozano, 22 luglio 1961



(Arch. Somasca)

Lovanii 22 - VII - 1961.

Carissime Pater,

Tranquillo de nobis sis animo, nam idibus Iulii Italiam non petimus sed penates ex Antwerpiorum Lovanium transveximus. Iter italicum nostrum constitutum est in annum proximum, mense Februario exeunte aut circa festum Paschale (de die certior ero mense Octobri, cum sciam quae munera docendi mihi in annum academicum proximum tradentur. Ceterum hoc tempore etiam inter sarcinas vivimus, domum novam exornamus etc. ut non multum temporis supersit ad studia. At brevi melius erit. Ebris primi anni discipulis meis singuli male successerunt in periculis subeundis. Quod ne mireris, nam a quo rixae scholares in Belgio paucis annis ante exortae sunt studia media vehementer afflicta sunt. Vale!

Louvain L'Université.  
Leuven De Hogeschool.



Reverendo adin. Patri J.B. Pigato

Collegio Cavitto Gallio

Via Gallio 1

C O M O

( I T A L I A )

Lovanii 22 VII 1961

Carissime Pater, tranquillo de nobis sis animo, nam idibus Iulii Italiam non petimus, sed penates ex Antwerpia Lovanium transveximus. Iter italicum nostrum constitutum est in annum proximum, mense februario exeunte, aut circa festum paschale; de die certior ero mense octobri, cum sciam quae munera docendi mihi in annum academicum proximum tradentur. Ceterum hoc tempore etiam inter sarcinas vivimus, domum novam exornamus etc. ut non multum temporis supersit ad studia. At brevi melius erit. Ebris primi anni discipulis meis singuli male successerunt in periculis subeundis. Quod ne mireris, nam a quo rixae scholares in Belgio paucis annis ante exortae sunt studia media vehementer afflicta sunt. Vale.

J. Ijsewin

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 665

---

---

*Jisewin*

---

*Lettonia, 5 settembre 1961*

(Arch. Somasco)

13. IX. 61

Lovanii, Nonis Sept. MCMXXI

J. Ysewijn Joanni B. Pigato suo S. P. D.,

Binis tuis litteris chartulaeque, quam nobis Pragâ misisti, tandem, amice carissime, respondes. Ex eo quod crebra itinera fecisti, bona firmaque valetudine te uti conicio. Quod vehementer gaudeo!

Placet nobis domus nova Lovaniensis, etsi desiderio urbis nostrae Antverpiensis satis tenemur. Ibi enim nati sumus auro in urbe magna et incolarum suorum comitate et hilaritate per totam Flandriam nostram celeberrima. Lovanium parvum est oppidulum, vix XXX hominum, cuius cives imprimis pecuniae et luxu extraneo student, ut saepius fieri videmus in urbibus minoribus. Accedit quod civitas linguarum dissensione discinditur. Lovanium enim urbs est Flandrica, in qua tamen satis multi Vallonici immigraverunt. Universitas enim bilinguis est, ut antea iam scripsi. Inde rixae continuae — quales vos in Terioli Meridionali bene satis novistis — quibus urbis animus, si ita dicere possum, suffocatur. At iam satis Nos bene valemus alterumque puerulum ad mensam hunc medium laeti exspectamus.

Valde doleo quod librum meum de poetis latinis legere non potes: perito igitur indice carebo! Latine potius scripsissem, si modo editorem libri latini invenissem. Vitam tuam, qualem a te novi, breviter descripsi pp. 27-28 n. 5. De carminibus tuis p. 64 hoc fere iudicium tuli: Postquam de Victorio Genovese locutus sum haec scripsi: "pauciora carmina edidit J. B. Pigatus Comensis, qui etsi in sermone nimis est artifex et quibusdam locis in versiculis asperior satisque rudis videtur, in sententiis tamen magis est suus

et poeta fortasse maior est habendus. Gravissimis illis miseriis, quibus in corpore et a-  
nimo vexatus est in Russia, cum vicarius esset castrensis exercitus Italici, adductus  
est ad tristitiam vitaeque satietatem, quas non nisi summa virium contentione  
et Fide nitens superare potest: "Deserta nos....  
et alibi: " Nil usquam....

At Dei fides et amor B.M.V. eum tandem erectum sustinent."

Hanc igitur poesis tuae imaginem, quam nescio num probaturus sis, lecto-  
ribus nostris tradidi. Dolo tamen me, si fallor, nullum in Italia indicem inven-  
turum esse, quamquam apud vestrales plerique florent vates latini.

Scito nos anno proximo circa festum Paschale Romanam profecturos esse. Etenim  
ab hoc anno academico non duas sed quattuor horas singulis hebdomadibus doce-  
re debeo. Quo factum est ut mense februario officiis nondum vacabo.

Item vale, amice optime, et nostri semper  
memor sis!



Lovanii non. sept. MXMLXI

J Jsewin Ioanni B. Pigato suo S.P.D.

Binis tuis litteris chartulaeque, quam nobis Praga misisti, tandem, amice carissime, respondeo. Ex eo quod crebra itinera fecisti, bona firmaque valetudine te uti conicio. Quod vehementer gaudeo.

Placet nobis domus nova Lovaniensis, etsi desiderio urbis nostrae Antwarpiensis satis tenemur. Ibi enim nati sumus ambo in urbe magna et incolarum suorum comitate et hilaritate per totam Flandriam nostram celeberrima. Lovanium parvum est oppidulum, vix XXX hominum, cuius cives imprimis pecuniae et luxui extraneo student, ut saepius fieri videmus in urbibus minoribus. Accedit quod civitas linguarum dissensione discinditur. Lovanium enim urbs est flandrica, in qua tamen satis multi Vallonici immigraverunt. Universitas enim bilinguis est,, ut antea iam scripsi. Inde rixae continuae - quale vos in Terioli meridionali bene satis novistis - quibus urbis animus, si ita dicere possum suffocatur. At iam satis! Nos bene valemus alterumque puerulum ad mensem hunc medium laeti expectamus.

Valde doleo quod librum meum de poetis latinis legere non potes: perito igitur iudice carebo! Latine potius scripssissem,

si modo editorem libri latini invenissem. Vitam tuam, qualem a te novi, breviter descripsi pp. 27-28 n.5; de carminibus tuis p. 64 hoc fere iudicium tuli: % Postquam de Victorio Genovesi locutus sum haec scripsi: " pauciora carmina edidit I.B. Pignatus comensis, qui etsi in sermone minus est artifex et quibusdam locis in versiculis asperior satisque rudis videtur, in sententiis tamen magis est suus et poeta fortasse maior est habendus. Gravissimis illis miseriis, quibus in corpore et animo versatus est in Russia, cum vicarius esset castrensis exercitus italici, adductus est ad tristitiam vitaeque satietatem, quas non nisi summa virium contentione et Fide nitens superare potest" Nil usquam.... At Dei Fides et amor B.M.V. eum tandem erectum sustinent ".

Hanc igitur poesis tuae imaginem, quam nescio num probaturus sis, lectoribus nostris tradidi. Doleo tamen me, ni fallor, nullum in Italia iudicem inventurum esse, quamquam apud vestrates plerique florent vates latini.

Scito nos anno proximo circa festum paschale Romam profecturos esse? Etenim ab hoc anno academico non duas sed quattuor horas singulis hebdomadibus docere debeo. Quo factum est ut mense februario officiis nondum vacabo.

Iterum vale, amice optime, et nostri semper memor sis.

J. Isewiiin

---

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 686

Fisewjn


Lovenis, 26 gennaio 1962

Noam  
en adres van  
de afzender

J. Üsewijn  
PAUL LeBRUNSTRA. 27  
Leuven - Belgio

POSTKAART

CARTE POSTALE



Rev. adm. Patri J. B. Pigato,

Collegio Convitto Gallio

Via Gallio 1

COMO

ITALIA

(Arch. Somasca)

(Arch. Somasca)

Leuvenii, 24-I-1962.

Pater carissime!

Venturi tandem sumus. Etenim die circiter XVI<sup>a</sup> mensis aprilis uxorem filiasque in autocinetum imponam et per Germaniam (ubi quosdam amicos visuri sumus) et Helvetiam paulo post, si ita vult Deus, Commun pervenimus Romanam petaturi. Certiores itaque nos facias, quaeso, utrum per hebdomada sacra, Comi futurus sis neque Te violandi cupidine flagramus. Fortasse etiam xenodochium nobis indicare potes bonum sed non nimis luxuriosum, in quo pernoctare poterimus. Si fieri potest xenodochium profero cum autocinetico stabulo. Ceterum a te peto ut in precibus tuis Deum ores ut nobis faustum praestet iter.

Bene vale, optime Pater, in novum annum, qui pacem et vitam felicem tibi fuisque afferat.



Lovanii 24 I. 1962

Pater carissime,

Venturi tandem sumus. Etenim die circiter XVI mensis aprilis uxorem filiolasque in autocinetum imponam et per Germaniam ( ubi quosdam amicos visuri sumus ) et Helvetiam paulo post, si ita vult Deus, Comum pervenimus Romam petituri. Certiores itaque nos facias, quaeso, utrum per hebdomada sacram Comi futurus sis necne. Te videndi cupidine flagramus. Fortasse enim xenodochium nobis indicare potes bonum sed non ~~min~~ nimis luxuriosum, in quo pernoctare poterimus. Si fieri potest xenodochium praefero cum autocinetico stabulo. Ceterum a te peto ut in precibus tuis Deum ores ut nobis faustum praestet iter.

Bene vale, optime Pater, in novum annum, qui pacem et vitam felicem tibi tuisque afferat.

J. Ijsewin

---

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 690

---

---

Jisewjn

---

Loveno, 10 febbraio 1962

Lovanii a.d. IV Id. febr. MCMLXII

Carissime Pater!

Quam plurimas gratias pro curis, quas pro nobis impendis! Scito nos quattuor venturos esse: ego, uxor, filiola bimula alteraque septem mensium. Ut scripsi die 17 aprilis ex Andermatto Comum adveniemus, unde die 19 Bononiam petituri sumus. Uxor urbis tuae videndae cupidine flagrat. Ora quaeso apud Deum ut iter nostrum protegat nosque salvos incolumesque ad te perducere velit. Vale

J. Jisewiin

(Arch. Pomasca)

10.2.62

Lovanii, a.d. IV Id. Febr.  
MCMLXII.

Carissime Pater!

Quam plurimas gratias pro curis, quas pro nobis impendis! Scito nos quattuor venturos esse: ego, uxor, filiola bimula alteraque septem mensium. Ut scripsi die 17<sup>a</sup> aprilis ex Andermatto Comum adveniemus, unde die 19<sup>a</sup> Bononiam petituri sumus. Uxor urbis tuae videndae cupidine flagrat.

Ora quaeso apud Deum ut iter nostrum protegat nosque salvos incolumesque ad te perducere velit.

Vale!

Naam en adres van de afzender | Nom et adresse de l'expéditeur

J. Jisewiin  
P. Lebrunstraat 27  
Leuven - Belgis.



CARTE POSTALE



Rev. Pater G. B. Pigato  
Collegio Comitato Gallio  
Via Gallio 1  
COMO

ITALIA.

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 691

Jisewja

lorenis, 16 febbraio 1962

(Arch. Louasca)

Lovanii 14. 2. 1962

Carissime Pater!

Post iter felicissimum Deo iuvante  
Lovanium salvi pervenimus in patriam nostram  
pluviosam. Grati nunc reputamus quanta hu-  
manitate quanta amicitia quanta liberalitate  
nos Comi excepisti. Dulce erit in tam longo  
itinere domum tam hospitalem invenire, unde  
cibi potu quiete refecti rursus proficisci possemus.  
Semper speramus te aliquando ad septentriones  
venturum esse ut te apud nos excipere possimus.

Ut scripsi, nos optime valeamus. Filio-  
lae iter bene motuierunt neque ullo modo  
mala inde passae sunt.

Cura tu autem ut bonam valetudi-  
nem serves, laborando quietem et medando  
sed modice: Ne quid nimis!

Iterum iterumque gratias agimus  
cunctis qui Comi nos exceperunt: tibi imprimis,  
tum familiae illi, quae cum cenovi, adolescentibus  
tandem qui nos urbem monstraverunt.

Vale, optime Pater, et nostri  
memor maneat!



*[Handwritten signature]*

DE DE



POSTKAAR

CARTE POSTALE

Nom  
en adresse van  
de afzender: l'expéditeur

J. Yewijn  
P. Lebrunstraat 27  
LEUVEN/Belgie

Molto Rev. Padre G. B. Pigato  
Collegio Gallio  
Via Gallio 1

COMO

ITALIE



PUBLIBEL 1683

Lovanii 14 2 1962

Carissime Pater!

Post iter felicissimum Deo iuvante salvi pervenimus in patriam nostram pluviosam. Grati nunc reputamus quanta humanitate quanta amicitia, quanta liberalitate nos Comi excepisti. Dulce erat in tam longo itinere domum tam hospitalem invenire, unde potu cibo quiete refecti rursus proficisci possemus. Semper speramus te aliquando ad septemriones venturum esse ut te apud nos excipere possimus.

Ut scripsi, nos optime valemus. Filiolae iter bene sustinuerunt neque ullo modo mala inde passae sunt.

Cura tu autem ut bonam valetudinem serves, laborando quidem et sudando sed modice. Ne quid nimis!

Iterum iterumque gratias agimus cunctis qui Comi nos exceperunt tibi imprimis, tum familiae illi, quacum cenavi, adolescentibus tandem qui nobis urbem monstraverunt.

Vale, optime Pater, et nostri memor maneat.

J. Jisewiin

---

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 709

---

---

*Fisewjn*

---


*Roma, 1 maggio 1962*

Romae Kal. Mai. 1962

Reverende admodum Pater

Romam salvi pervenimus, ubi tempus non-  
dum multo melius factum est quam erat Comi. Saepe te discipu-  
losque tuos mente recolimus. Rurus tibi adolescentulisque gra-  
tias solvimus hospitio iucundissimo. Saltant te Annula, Elsula  
atque

J. Jisewin





**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 713

---

---

*Fisewja*

---

---

*Roma, 17 luglio 1962*

---

(Arch. Pomasca)

J. J. Sewijn  
Via delle CLARISSE 8  
PERUGIA

Romae, 17 Julii 1962.

Carissime Pater!

Feriae nostrae Romanae, quae erant inaudissimae, ad finem  
vergunt. die 20<sup>a</sup> huius mensis Perugiam proficiscemur, quae in urbe per XV fere  
dies manebimus. Inde domum! Feruens enim Italiae caelum aestivum: ~~nos~~ sensim  
sive sensu, sed in dies magis nos homines septentrionales suffocat.

Die octava (8) augusti Parvum proficiscemur ad oppidulum  
Helveticum Faido, non longe a Sancto Gotthardo situm. Itaque circa meridiem Comi  
erimus et, si te videre poterimus, valelicare iurabit antequam Italiam post tergum  
relinquamus. Certiorem igitur me fore futurumne sis illo die in collegio Gallico!  
Ceterum saluta ex animo duces nostros iuvenes familiamque tibi amicum,  
quae nos tam laute excepit.

Optima tibi sit valetudo optamus mensque omni aegritudine  
libera! Vale et nostri memor vivas!



Romae 17 iulii 1962

Carissime Pater,

Feriae nostrae romanae, quae erant iucundissimae, ad finem vergunt. Die 20 huius mensis Perusiam proficissemur, qua in urbe per XV fere dies manebimus. Inde domum! Fervens enim Italiae caelum aesturum sensum sine sensu, sed in dies magis nos homines septemptrionales suffocat.

Die octavo augusto Parla proficissemur ad oppidulum helveticum Faido, non longe a sancto Gotthardo situm. Itaque circa meridiem Comi erimus et, si te videre poterimus, valedicere iuvabit antequam Italiam post tergum relinquamus. Certiorem igitur me fac futurusne sis illo die in collegio Gallio. Ceterum saluta ex animo duces nostros iuvenes familiamque tibi amicam, quae nos tam laute excepit.

Otima tibi sit valetudo optamus mensque omni aegritudine libera. Vale et nostri memor vivas.

J. Jisewin

---



**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 714

Disemina

PERUGIA, 28 luglio 1962

(Arch. Louasca)

Perusia, 28 - VII - 1862

Reverende admodum et carissime Pater!

Ne nobis veatus sis quod Romam praeter  
chartulas quasdam luce depictas nil tibi misimus.  
Etenim e caelo Romano laborantes tam inertes  
facti sumus ut totum tempus, quod e studiis et  
ambulationibus superesset, quieti tribuissemus.  
Nec Perusiae caelum multo clementius. Torret  
sol ex leone nosque fere interimit. Itaque, quam  
quam Terrae Italicae pulchritudine teli capti su-  
mus, laetamus quod mox in frigidioram patriam  
redire possumus.

Ut scripsi, die augusti octavo Parmam  
multo mane relinquemus et circa meridiem, ante  
quam fines Helveticas transeamus, te salutabimus,  
si quidem ita Deo videtur. Cura autem ut te  
melius valentem inveniamus! Dic etiam adolescen-  
tibus, qui nos tam comiter urbem Comensem osten-  
derunt, nos omnino fauster optasse in noverum, quem  
suscipiunt, studiorum curriculum. Rogare tandem  
velimus ut apud Deum orem ut nobis iter praestet  
felicis nosque incolumes domum reducat.

Pater!

Perusiae 28 VII 1962

Reverende admodum et carissime Pater,

Ne nobis iratus sis quod Roma praeter chartulas quasdam luce depictas nil tibi misimus. Etenim e caelo romano laborantes tam inertes facti sumus, ut totum tempus quod e studiis et ambulationibus superesset, quieti tribuissemus. Nec Perusiae caelum multo clementius. Torret sol ex leone nosque fere interimit. Itaque, quamquam terrae italicae pulchritudine toti capti sumus, laetamur quod mox in frigidiores patriam redire possumus.

Ut scripsi, die augusti octavo, Parmam multo mane relinquemus et circa meridiem, antequam fines helveticos transeamus, te salutabimus, si quidem ita Deo videtur. Cura autem ut te melius valentem inveniamus. Dic etiam adolescentibus, qui nostram comiter urbem comensem ostenderunt, non omnia fausta optasse in narem, quem suscipiunt, studiorum curriculum. Rogare tandem volumus ut apud Deum ores ut nobis iter praestet felix nosque incolumes domum reducat. Vale.

J. Jisewin

---

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. 45B 732

Isenjin

Levens, 12 gennaio 1963

(Arch. Lomasca)

Lovanii, 12-1-1963.

Carissime mater!

Est ut coniecisti: Romae et Ierusalem semper aperto capite - sicut et Lovanii tacere soleo - ambulavi. Ad pallores neum quod attinet, nativum aicere ausim: mihi bene numquam rosulentae fuerunt at optima tamen semper valetudine usus sum! Mentionem fecisti carminum Latinorum, quae H. Munro Anglus edidit. Quae cum ignorem, oro ut me de titulo libri deque editore et, si fieri potest, de auctoris domicilio accuratius doceas. Librum enim proximo anno in "Musis Latinis" commemorare et laudare debeo. Vale, optime Pater, et fac ut te diligentius cures. Expecto etiam nova a te conscripta carmina! Hortari etiam velim ut eas interpretationem eorum praestaris, ut quo tibi scripsisti.

Naam en adres van de afzender	Nom et adresse de l'expéditeur
-------------------------------------	--------------------------------------

J. Ysewijn  
P. Lebrunstraat 97  
Leuven - Belgio.

POSTKAART STB



1-2-

CARTE POSTALE



Rev. Padre G. B. Pigato.

Collegio Gallia

Via Gallio 1

COMO

(ITALIA)



Lovanii 12 I 1963

Carissime Pater

Est ut confecisti: Romae et Perusiae semper aperto capite - sicut et Lovanii facere soleo - ambulavi. Ad pallorem meum quod attinet, nativum dicere ausim; mihi genae numquam rosulentae fuerunt at optima tamen valetudine semper usus sum.

Mentionem fecisti carminum latinorum, quae H. Munro Anglus edidit. Quae cum ignorem, oro ut me de titulo libri deque editore et, si fieri potest, de auctoris domicilio accuratius doceas. Librum enim proximo anno in " Musis latinis " commemorare et laudare debeo.

Vale; optime Pater, et fac ut te diligentius cures. Exspecto etiam nova a te conscripta carmina. Hortari etiam velim ut edas interpretationem epigrammatis, de quo mihi scripsisti.

J. Jisewin

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 736

Jisewin

Cavaria, 23 aprile 1963

(Arch. Louvois)

Louvain, 23-IV-1963.

Carissime Pater!

Cum ex feriis Antverpiae Lovanium redissetem (ferias scripsi, quamquam melius officia per ferias deumota dixissem congres-  
mi enim philologo interfui) epistolam tuam lectus accepi. Iam  
vota votis reddam: spero me mox te visurum. Prope diem enim Romam  
redibam (ubi unum fere mensem commorabor). Hoc anno alius iter  
faciam, cum commoratio Romanae brevior sit quam ut filiolae  
sine valetudinis incommodo itineris labores perferant. Ni quid  
intervenierit Lovanio proficiscar 4<sup>o</sup> aut 5<sup>o</sup> die mensis Iunii proximi.  
Comi pernoctabo ut tecum convenire liceat (tramine, non autocicleta iter faciam), dein Romam abibo.

Valetudo in meliorem statum cedit. Spero ut et tua bene  
se habeat. Vale! Saluta et hospites nostros Conances et discipulos,  
qui nos circumvexerunt.

*Ch. de ...*

Nom  
en adres van  
de afzender

Nom  
et adresse de  
l'expéditeur

J. J. ...  
Paul Leironstraat 27  
Louvain/Belgio.

POSTKART VERBODEN



CARTE POSTALE

Spolto Rev. Padre G. B. Pigato,

Collegio Gallio,

Via Gallio 1

C O M O

I T A L I A

Lovanii 23 IV 1963

Carissime Pater!

Cum ex feriis Antwerpia Lovanium rediissem (ferias scripsi, quamquam melius officia per ferias obeunda dixissem; congressui enim philologo intefui) epistolium tuum laetus accepi. Iam vota votis reddam; spero me mox te visurum. propediem enim Romam redibo (ubi unum fere mensem commorabor) Hoc anno solus iter ceciam, cum commoratio romana brevior sit quam ut filiolae sine valetudinis incommodo itineris labores perferant. Ni quid intervenerit Lovanio proficiscar 4<sup>o</sup> aut 5<sup>o</sup> die mensis iunii proximi. Comi ~~pernoctabo~~ pernoctabo ut tecum convenire liceat (tramine non autocineto iter faciam), dein Romam adibo.

Valetudo in meliorem statum rediit. Cupio ut et tua bene se habeat. Vale! Saluta et hospites nostros comenses et discipulos qui nos circumvexerunt.

J Jisewin

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. KB 740

Jisewja

lozano, 26 maggio 1963

(Arch. Farnasca)

Lovanii, 26-V-1963

Carissima Pater!

Lovanio proficiscor die quarta mensis Iunii multo vespere (ca. h. 22.00) ita ut Comum perveniam die quinta circa horam tertiam decimam seu primam post meridiem. Romam dein iter continuabo sexta die. Mihi in animo est unum mensem commorari in urbe aeterna.

Valde gaudeo quod te iterum videre possum. Mecum portabo exemplar libelli mei de litteris latinis nostrae aetatis. Quid valeat ipse videas.

Quae rogasti de rixis intestinis Universitatis Lovaniensis paucis verbis expedire non possum. Scito tantum rixas esse sociales, quae christianis hominibus parum sunt dignae. Sed plura, si vis, coram.

Vale, optime pater, et valetudinem cura. Ora, quaeso, Deum ut faustum mihi praestet iter.



POSTMASTER  
1-2-3  
CARTE POSTALE

Nom  
et adresse de  
l'expéditeur

J. Jisewin  
Paul Lebrunstr. 87  
Leuven - Belgio.

Rev. Padre G. B. PIGATO

Collegio Gallico

Via Gallico 1

COMO

ITALIA

Lovanii 26 V 1963

Carissime Pater,

Lovanio proficiscor die quarta mensis Iunii multo vespere, ita ut Comum perveniam die quinta circa horam tertiam decimam seu primam post meridiem. Romam dein iter continuabo sexta die. Mihi in animo est unum mensem commorari in urbe aeterna.

Valde gaudeo quod te iterum videre possum. Mecum portabo exemplar libelli mei de litteris latinis nostrae aetatis. Quid valeat ipse videas.

Quae rogasti de rixis intestinis Universitatis Lovaniensis paucis verbis expedire non possum. Scito tantum rixas esse sociales, quae christianis hominibus minime sunt dignae. Sed plura si vis, coram.

Vale, optime Pater, et valetudinem cura. Ora, quaeso, Deum ut faustum mihi praestet iter.

J. Jisewin

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 744

---

---


Jisewja

---

Corano, 27 giugno 1963

(Arch. Lomasca)

ROMA  
Il Campidoglio  
Le Capitole  
The Capitol  
Kapitol



Amicissime Pater,

Die dominica, mensis Iulii  
7<sup>o</sup> Romam proficiscar hora  
14.18, Mediolano autem  
h. 23.05 ita ut circa mediam  
noctem urbem tuam alto so-  
pore mersam praeteriturus  
sim. Romae omnia e votis  
sunt praeterquam quod nimis  
feruet sol!

Salute hospites  
Comenses

Vale!

Rev. Padre G. B. Pigato

Collegio Gallio

Via Gallio 1

COMO

da FOTOCOLOR KODAK EKTACHROME

Amicissime Pater

27 VI 1963

Die dominica, mensis Iulii 7<sup>o</sup> roma proficiscar  
h. 14, 18, Mediolano autem h. 23,05 ita ut circa mediam noctem  
urbem tuam alto sopore mersam praeteriturus sim. Romae omnia e  
votissunt praeterquamquod nimis fervet sol. Vale

J. Jisewin.

Salute hospites comenses.



# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 766

Jisewja

Covarso, 11 ottobre 1963

Lovanii, 11. x. 1963

Iosephus Ypenijn Ioanni Baptiste Pigato sacerdoti carissimo S.P.D.

Litteris tuis perlectis haud modice commotus sum, quod de condicione tua quid putarem nesciebam, illud tamen extra dubium positum videbam atque mente capiebam: te dolere. Quae res mihi nimium quantum molesta erat ac, dum legis epistolium hoc parum consolatorium, semper est eritque donec amici animum ex integro serenum acceperim. Quantopere vellem propius abesses! Nam chartis quomodo sensus nostros significare poterimus qui coram vix amicum dolentem verbis sublevare possemus. Itaque nil vobis in mentem venit quo te a longinquo solari potuimus nisi: obliviscere, luxuriantem Dei naturam (qualem Rapalli esse meminimus) mirantibus gratisque oculis considera, ora tandem et labora! Aut scribe aut lege aut ambula, ne desidia groveris. Gra pro te, ora pro caris tuis, ora etiam si quid petere possumus pro vobis ut una aliquando post hanc vitam Deus nos recipiat ubi nec angor nec dolor. Nos ut rogasti pro te Patrem coelestem consolationis gratiam flagitabimus qua quamprimum tranquillitas ad te redeat. Cito scribas quaeso quomodo te habeas ut a nobis nubila tuo infortunio congregata cursus fuas. Vale, Pater carissime, tuique semper memores habe Annulam, Elsulam, uxorem ac me met ipsum.



Lovanii 11 X 1963

Josephus Jisewin Ioanni Baptistae Pigato sacerdoti carissimo  
s.p.d.

Litteris tuis perlectis haud modice commotus sum, quod de  
de condicione tua quid putarem nesciebam, illud tamen extra du-  
bium positum videbam atque mente capiebam: te dolere. Quae res  
mihi nimium quantum molesta erat ac, dum legis epistolium hoc  
parum consolatorium, semper est eritque donec amici animum ex  
integro ~~ere~~ serenum acceperim. Quantopere vellem propius abes-  
ses! Nam chartis quomodo sensus nostros significare pterimus,  
qui coram vix amicum dolentem verbis sublevare possemus. Ita-  
que nil nobis in mentem venit quo te a longinqui solari potui-  
mus nisi: obliviscere, luxuriantem Dei naturam ( qualem Rapal-  
li esse meminimus ) mirantibus gratisque oculis considera, ora  
tandem et labora! Aut scribe aut lege aut ambula, ne desidia  
graveris. Ora pro te, ora pro caris tuis, ora etiam si quid pe-  
tere possumus pro nobis ut una aliquando post hanc vitam Deus  
nos recipiat ubi nec angor nec dolor. Nos ut rogasti pro te Pa-  
trem caelestem consolationis gratiam flagitabimus, qua quam-  
primum tranquillitas ad te redeat. Cito scribas quaeso quomodo  
te habeas ut a nobis nubila tuo infortunio congregata rursus  
fuges. Vale, Pater carissime, tuique semper memores habe Annu-  
lam, Esulam, uxorem ac memetipsum.

J. Jisewin

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. 14B 772

---

---

Jisewja

---

Corvino, 20 ottobre 1963

---

11 LEUVEN : St-Pieterskerk en Generaal  
Foch Plaats.  
LOUVAIN : Eglise St-Pierre et Place  
Général Foch.

Amicissime Pater,

Dolor (ut est proverbium Flandricum)  
circuit. Vix alteras tuas litteras accepi, cum  
mihî a matre nuntius allatus est de gravi in-  
fortuniâ patris mei, qui dum mala corripit, ar-  
boris delapsus est atque ossa pedis fragit. Tres  
menses in noscomio curari debet. Hec tu,  
hodie ambo consolationis egens, utpote  
animo uterque laborans. Quid plura scri-  
bam nisi "preces renatus ac sine in-  
termissione iteremus ut hæc nostra con-  
dicio infans, aliquando in meliorem  
statum restituetur.

Vale, carissime vir, nostrique inter  
nos memores semper vivamus!

Lovanii  
20/x/63

Photo véritable



Rev. Padre G. B. Pigato


Collegio S. Francesco

RAPALLO  
(Genova)

ITALIA

Centrale Boekhandel  
Margarethaplaats, 2 - Leuven

Printed in Belgium



Lovanii 20 X 1963

Amicissime Pater

Dolor ( ut est proverbium flandricum ) circuit  
Vix alteras tuas litteras accepi, cum mihi a matre nuntius al-  
latus est de gravi infortunio patris mei, qui dum mala carpit  
ex arbore delapsus est atque ossa pelvis fregit; tres menses  
in nosocomio curari debebit. Heri tu, hodie ambo consolationis  
egemus, utpote ambo uterque laboramus. Quid plura scribam nisi  
preces renovemus ac sine intermissione iteremus ut haec nostra  
condicio infausta aliquando in meliorem statum restituatur.  
Vale, carissime vir, nostrique inter nos memores semper viva-  
mus.

J. Jisewiin

---

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PG 830

Jicewin

lorenio, 18 marzo 1964



Lovanio 18 III 1964

Pater amicissime,

Laetus et laetatus tibi gratias rependi, non tantum quod mei memor fuisti sed praesertim quia a verbis tuis suspicatus sum te aliquanto melioris esse animi. Itaque toto corde optavi ut proximum Paschatis festum quod si resurrectio fieret ad novum vitae cursum, quem Deus regat et benedicat. A nobis etiam procella sensim abire coepit; nam duobus fere hebdomadis ante pater e nosocomio domum rediit. Uxor et filiulae florent valentque.

Tuus Josephus Jisewiin

Lovanio, 18-III-1964

Pater amicissime!

Laetus et laetatus tibi gratias rependi, non tantum quod mei memor fuisti sed praesertim quia a verbis tuis suspicatus sum te aliquanto melioris esse animi. Itaque toto corde optavi ut proximum Paschatis festum quasi resurrectio fieret ad novum vitae cursum, quem Deus regat et benedicat. A nobis etiam procella sensim abire coepit: nam duobus fere hebdomadis ante pater e nosocomio domum rediit. Uxor et filiulae florent valentque.

que. Tuus  
Josephus Jisewiin

Ern. Thill, Bruxelles, n° 1

Rev. Padre G. B. PIGATO

Collegio S. Francesco  
dei Padri Somaschi

RAPALLO (Genova)

ITALIA

Louvain Église Saint-Michel.  
Leuven Sint-Michaëlskerk.  
Lovanio Chiesa S. Michele



**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. 198 856

Iscwjm

Lozano, 25 giugno 1964

Lovanii 25 VI 1964

Pater carissime,

Etsi sero ( pericula academica innumera distulere propositum ) veniant, accipias tamen vota mea in onomasticum diem tuum. Faciat Ioannes Baptista ut annus proximus laetiores tibi afferat dies quam qui abiit. Scito familiam nostram mense decembri proximo ( Deo iuvante ) puerulo auctam iri. Ut uxoris meae in orationibus tuis memor sis enixe rogo. Vale.

Tuus Josephus Jisewiin



STAMPE



**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. FSB 920

Iscrittura

lovanis, 10 febbraio 1966

Lovanii, 10 II 1966.



Katholieke Universiteit  
te Leuven

Carissime Pater!

Paucis septimanis ante  
bis a te chartulam accepi Roma mihi cum saluta-  
tionibus et precibus missam. Hae mihi maximo  
gaudio fuerunt cupioque ut tibi iter Romanum  
aeque gratum fuerit et incundum.

Mihi etiam instat iter Roma-  
num. Mense aprili proximo in hac urbe Conventus,  
ut nosti, celebratur latinus. Cui conventui, stipendium  
nactus, interesse potero. Scire itaque velim num et  
tu per illos dies denno Romam iturus sis. Si minus  
libenter te Rapalli visam, quae urbs ni fallor in itinere  
est Mediolano per Gernam Romam petentis.

Nos Lovanii bene valemus.  
Quod si et tu in optimo corporis animique statu  
versaris, valde laetabimur. Vale!

J. Ysewijn  
P. Lebrunstr. 27  
Leuven (Belgio).

Lovanii 10 2 1966

Carissime Pater

Paucis septimanis ante bis a te chartulam accepi Roma mihi cum salutationibus et precibus missam. Hae mihi maximo gaudio fuerunt cupioque ut tibi iter romanum aeque gratum fuerit et iucundum.

Mihi etiam instat iter romanum. Mense aprili proximo in hac urbe conventus, ut nosti, celebratur latinus. Cui conventui, stipendium nactus, interesse potero. Scire itaque velim num et tu per illos dies denuo Romam iturus sis. Si minus libenter te Rapalli visam, quae urbs ni fallor in itinere est Mediolano per Genuam Romam petentis.

Non Lovanii bene valemus. Quod si et tu in optimo corporis animique statu versaris, valde laetabilur. Vale.

J. Iisewiin

P. Lebrunsk 27 Leuven

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 922

---

---

Trisevjm

---

Lovanio, 26 maggio 1986

81

Lovanii, 26 v 1966.



Katholieke Universiteit  
te Leuven



Carissime Pater,

Post binas a te acceptas  
litteras iam tandem ad breve responsum festino.  
Excusatum me habeas, qui migratione in novam  
domum, morbo influenza, periculis in universitate  
accipiendis vix aliquam morulam ad scribendum  
inveniam. Libenter relationem legi de reditu tuo  
in conventum Rapallensem. Et ego prospero itinere  
nos sum: aliquantisper Mediolani moratus sum  
ubi professorem Billanovich, quem tribus annis ante  
Lovanium videram, de novo salutavi.

Quod totum Sandersi librum legisti miror:  
est scriptus lingua abstrusa et contorta, quae etiam  
Nederlandica loquentibus taedium et nauseam pa-  
rit. Ceterum thesaurus est rerum. Sanders doctor  
est Universitatis Gandavensis apud Belgas, ubi  
ni fallor, voliter est professoris Lambrechts. Aetate  
meus fere est aequalis, paulo fortasse senior. Cur quos-  
dam libros non laudaverit nescio. At quis omnia  
nosse potest?

Progaere te ausim, carissime pater, ut in  
orationibus tuis aliquando memores sis soceri mei  
Iulii, qui nuper diem supremum subito obiit



Novam domum benedixit canonicus professor Aerts,  
qui mecum erat Romae.

Optime vale, pater carissime; ut primum  
vacat, fusius scribam

tuus tuus

A handwritten signature in dark ink, appearing to be 'G. Aerts', written in a cursive style with a long horizontal flourish extending to the right.

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PSB 926

Giuseppe

Corvino, 6 agosto 1966

80

Ex agro Lovaniensi  
6 VIII 1966KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
TE LEUVEN

Carissime Pater!

Gratissimum mihi fuit  
epistolium, quod ex Valle Augustana expectaveram,  
revera Rapallo huc pervenit. Nos omnes optime  
valere in domo nova laeti nuntiamus. Aestas vero  
continuis adyodhisque plurius imbribusque ita est  
obscurata ut vix exire possimus. Solem Italicum  
valde desideramus memores caeli semper caerulei  
semperque sereni.

Quod vitae tuae nubila dissipata sunt magis  
gaudeo quam si ipse maestitia diuturna liberatus  
essem. Utinam ~~in~~ nullo unquam tempore redeant!  
Nunc redeo ad numerum: dissertationes nempe  
innumeras stolisorum lauream avidè sectan-  
tium, quae mihi per ferias legendae sunt. Viginti  
sunt, quorum moderator sum et spes!

Vale! Salutant te et uxor et  
filiolae et filiolus.

T. T.

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 932

Sisewjm

Covaro, 27 marzo 1967

76



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
TE LEUVEN

Louvain, 27 III 1967



Carissime pater,

longum diu tibi rescribere debui de puella, quam studiorum causa Lovanium petere velle narrasti. At semper huc illuc distractus nec tempus invenio scribendi. Nunc ad rem: si mihi significare vis quae studia virgo illa in patria peregerit qualesque laureas consecuta sit, collegas meas rogabo quodnam studiorum curriculum apud nostros inire possit. Scito recens conditum esse Lovanii "Institutum Studiorum Medii Aevi", in quo doctoralem dignitatem consequi possunt studiosi. Idne fortasse placeat?

\* Fieri potest ut die 23<sup>a</sup> aprilis Romam veniam, paucos dies ibi mansurus. Si de Rapalli in statione aliquantisper convenire possum, libenter per civitatem tuam iter declinabo. Vale!

  
Julius von Selys-Longchamps

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 943

---

---

*Giuseppina*

---

*Luvaro, 10 ottobre 1967*

---

78



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
TE LEUVEN

UNIV. CATH. LOVAN.  
Seminarium Philologiae  
Humanisticae

Ex pago Haasrode  
iuxta Lovanium  
10. X. 1967

Carissime Pater,

Peractis novi anni academici aperiendi solemnibus, festinavi ut litteris tuis responsum pro amicitia darem. Spero te revera scribendo aerumnas ex animo fugavisse: nam nihilis te obumbratum esse ex verbis tuis intellexi. Utinam propius a te abessem praesentiorque nostra te consolari possem. Fieri potest ut hac hieme Medidamam veniam. Quod si ita evenit, spero te visurum.

Lovanii omnia ex votis procedunt: ab hoc anno creatus sum professor ordinarius ad litteras latinas imprimis autem humanisticas docentor. Florent liberi cum uxore. Utinam huc venire posses et per dies aliquot animum apud nos relaxare!

Utinam si litteris curam potes levare: scribe iterumque scribe: amicus auscultat!

Totus Tuus



**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 955

Jisewin

Assise, 31 dicembre 1967



79



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
TE LEUVEN

Haasrode, pridie Kal. Ian.

MCMLXVII



Pater Carissime!

Cum ne ultimis hisce anni diebus a numeribus me magis magisque opprimentibus vacare possem, nullum tamen amicitiae et memoriae signum tibi mittere nolui. Quare has raptim scriptas litterulas pro pignore habeas studii erga te mei meoque nunquam ex animo dilapsuri. Iam multi abierunt menses a quo te vidi, a quo tecum Romae vobis tempore sum locutus. Vividis superest memoria, quam aliquando renovari posse spero. Fieri potest ut mense Iulio proximo Romanam petam ut per duas septimanas libros inspiciam manu scriptos in bibliotheca Vaticana. Fortasse et te videbo!

Quo statu nunc est salus tua et valetudo? Nos valemus omnes at pessimo ventorum imbrumque tempore cotidie fere ferimur et torquemur. Dies natalis non erat nivosa sed pluviosa. At sol moneat in cordibus nostris, Deo iuvante.

Vale, Pater, in novum annum et nostri memos semper esto! J. Ysewijn

Parva moti, Joseph, anni tibi. Iona  
Kalendij  
~~id est, diebus tibi et tibi~~  
~~mitti, diebus per te tempore festo tibi.~~

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 961

Jisewin

loveso, 6 maggio 1968

77

Lovanii, 6 V 1968



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
TE LEUVEN



Carissime Pater,

De sumptibus factis ut tibi res quaedam Wellerianae mitterentur in usum discipuli tui nihil cures. Solvit expensa seminarium philologiae humanisticae universitatis nostrae, quod ad res huiusmodi modestas quasdam annuasque facultates habet. Id tantum oro ut si aliquando scriptum de Wellero typis vulgabitur, exemplar bibliothecae seminarii tradatur.

Ceterum bene valeamus. Pro tempore autem dies omnes impenduntur in pericula scholastica a studiosis nostris ante anni academici finem subeunda. Oramus Deum ut placidam tibi det aetatem.

Solentant de Anna et Elaula filiulae,  
Antonidus filiulus, uxor et  
qui scripsit,

tuus

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. 148 976

Gisengin

Novara, 22 aprile 1969

Ex agro Lovaniensi, 22 IV 1969.

75



SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 32  
LEUVEN (BELGIE)

Iosephus Ysewijn Ioanni Baptistae Pigato S.P.D.,

Multis de causis gavisus sum quod nuper me scripsisti. Nam et litterarum tuorum involucrium te ephebei tunc praesidem esse factum me docuit, et ipsae litterae poetam resurrexisse. Quae res mihi maximae fuerunt laetitiae.

Cur tibi diu non scripserim causa est imprimis valetudo, quae hoc hieme minus prospera fuit; altera causa nimus docendi, vel potius nimus conveniendi. Nam ut hodie ubicumque terrarum nos invaluit colloquiorum habendorum "de omnibus rebus et quibusdam aliis", ita et apud nos. Studiosi etiam nostri et non pauci collegae "dialogitis" illius morbo laborant. Sic tempus terimus nil utile facientes.

Amicus noster Arrius Nurus mense decembri valde aegrotabat coxarthriti acerrimosque passus est dolores. Paulo ante festum Natale chirurgica operatione curatus est. Nuper nobiscum erat Antverpiae. Melius valet at brachii innixus ei prudenter est gradiendum. Nunc est apud Germanos cum uxore quam post operationem duxit. Cui si scribere velis, mittas litteras ita inscriptas: postlageand (=fernoposta), Hauptbahnhof, Stuttgart, Germania.

Interim te bene valere iubeo. Salutant te et uxor et liberi et

imprimis ipse ego,

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 988

Jixwja

Lorato, 18 gennaio 1970

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
LEUVEN



SEMINARIUM PHILOGOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 32  
LEUVEN (BELGIE)

Ex agro Parcensi, die 18 Jan. 1970.

Iosephus Ypewijn Patri Pigato suo S. P. D.

Totus fere mensis elapsus est a quo me scripsisti, omniaque  
fausta in novum annum optasti. Iam tandem respondi scripto, animo saepius  
feci. Sed tot tantisque muneribus semper obrutor et affligor ut ne per series quidem  
amicis scribendi tempus supergit. Luctor et emergo, leo Zelandicus dicit. Et ego  
luctor, nunquam emergo. Haec etiam pauca scripsi bis interruptus. Quid  
igitur? Prusquam denuo avocer, te iterum iterumque valere iubeo. Fieri  
potest ut hoc anno in Italiam per paucos dies iter faciam. Spero te Commem  
odire amicitiamque post longum intervallum coram renovare.

Florent liberi et uxor. Ut pro nobis apud Deum ores rogo, nos tui  
memores erimus. Sospitet de diu omnipotens, qui prohi obor nuper Tondinium  
ex acie latina subito devocavit. Vale!

J. Y.



ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1004

---

---

Jisewijn

---

Lozano, 16 giugno 1971

---



SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 122  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Lovanii, die 16a Iunii 1971.

Iosephus IJsewijn Ioanni B. Pigato suo S.P.D.

Valde gavisus sum nuntio accepto, quo te Lovanium venturum esse significasti. Optime! Optime! Multos heic videbis amicos, alios cognosces et amabis. Ex animo etiam speramus ut Olynthius Pasqualettius una tecum iter faciat.

Cubiculum tibi paratum erit in collegio Hadriani VI P.M., ubi modesto pretio commode habitabis "amicus inter amicos". Nunties mihi velim quo die Lovanium adventurus sis, utrum Dominica die (quod praestat, si ab initio conventui interesse cupis) an Lunae die, item quando abiturus, vespere Saturnio an mane Dominico.

Si alios cives Italicos novisti, qui ad congressum venire cupiant, dic eis mihi quantocius scribant.

Placuit carmen tuum novissimum, quod mihi ante paucos menses misisti. Nescio num tibi gratias egerim. Fieri potest ut mente id exciderit. Nam hoc anno saepius peregrinatus sum quodque supererat temporis in conventum parandum insumpsi. Vale! Salutat te uxor (quae libenter te excipiet), salutant liberi.

Tuus

P.S. Si non recusas praesidem esse alicuius conventus a croaseos, curabo ut esse possis!

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1006

Pisewin

Lovanio, 2 agosto 1971

45

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
LEUVEN



SEMINARIUM PHILOGOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 22  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Lovanii, post. Kal. Aug. MCMLXXI

Josephus Yserijn Patri Pigato suo S.P.D.,

Cum e regione Turonensi domum revertissem,  
litteras tuas inveni, quibus nuntiasti Rodulphum Anadem  
discipulum te lovanium esse comitaturum. Optime! Laeti libentesque  
adolecentem excipiemus. Habebit etiam cubiculum in collegio  
Hadriani VI. P.M, uli et tu.

Vale. Max te maximo cum gaudis  
videbimus.



ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. 958 1007

Jisewja

bovanis, 14 apr 1971

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
LEUVEN



SEMINARIUM PHILOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 122  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Lovanii, die 14a augusti 1971

Carissime Pater Pigate!

Securus petas Lovanium: nostratium permulti  
linguas francogallicam, germanicam, anglicam callent, sunt etiam  
qui italicam. Nemo tibi male cupiet quod vernaculam nostram ig-  
noras. Quod contra est, peregrinum te comiter adiuwabunt. Vale!

t. t.

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 1015

---

---

*Jisewja*

---

---

*Corso*

*1972*

---

1972

9 - LEUVEN - St. Michielskerk  
LOUVAIN - Eglise St-Michel  
LOUVAIN - St-Michael's Church  
LÖWEN - Die St-Michaels Kirche



Uitg. Thill, N.V., Brussel

Cum Conceditur sine intercessione  
magis cum debore te valentibus  
labore sempit. In de corde  
omni peccatum ut servus fias  
Nobis que implere aures.  
Et grati, acini, nostri pleni  
misterium Naras cum exte et  
fidei. Josephus Spengler  
Pine Henjin

Rev. Padre P.B. Pigato  
Collegio Gallio  
Via Gallio  
I-22100 Como  
Italië





TECNICA STARE  
CORSI PER  
UFFICIALI PILOTI  
UFFICIALI ING. ENERI  
METALISTI

COMO  
17-18  
20  
1972

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. P9B 1019

---

---

Fisewjn

---

Colonia, 5 gennaio 1972

---

Oro ut Deum preceris pro salute  
Paulioli, filii octomestris Godefridae  
Townoy-Thoen, quae est soror Pauli  
Thoen. Meningite enim laborat!

Nostro nomine Rudolphum Amadenum  
saluta. Utinam celeriter studiis pro-  
ficiat.

Vale et nostri memores moneas.  
Nos valeamus.

lovanii S. I. 1972

Iosephus Ysewijn cum suis  
Patri Iohanni B. Pigato S.P.D.

Infinitas tibi reddimus gratias,  
carissime Pater, ob epigrammata tua  
Lovaniensia, quibus conventum nos-  
trum immortalum fecisti! Exemplar  
reponendum curavi in tabulario

Beste Wensen

voor het Nieuwe Jaar

universitatis Lovaniensis ut etiam  
posteris testimonium sit amoris tui  
erga nos et adventus tui in urbem  
nostram.

Interea bonum certamen pro  
latinitate continuamus: prodit  
Hum. Lovan. volumen XX, quod . . .  
editionem principem Tragediae  
Anglo-Latinae de infelici illa Dido  
profert.

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1030

---

---

*Jisewin*

---

*lozano, 10 aprile 1972*

Lovanii, die 10 Aprilis 1972



SEMINARIUM PHILOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT #22  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Carissime Pater Pigate!

Raptim tibi rescripsi, vix ex itineribus Hungarico et Batavo domum redux. Gratias pro votis et omnibus! Valeo et omnes domi valemus. Deo gratias.

Acta conventus Lovaniensis sub prelo sunt et primae plagulae hisce ipsis diebus dimissae sunt. Quando tamen liber - plus mille paginarum! - proditurus sit in lucem nondum pro certo scio. Scio autem qua in urbe proximus conventus futurus sit: Amstelodamum apud Batavos conveniemus diebus 19-24 mensis Augusti 1973. Hunc nuntium iam pervulges oro.

Pridie Kal. Oct. Romam petere non potero, quia eodem fere tempore eundem mihi est - iam diu pactum - Guelpherbytum apud Germanos. Saepius mihi iam accidit ut bilocatione vel etiam trilocatione egerem. At nobis intra fines naturae humanae vita est degenda...

Vale et meo nomine etiam Rudolphum Amadeum saluta!

t.t.

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PG 1034

Jisewicz

Lozano, 8 giugno 1972



SEMINARIUM PHILOGOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 122  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Louvain, 8<sup>o</sup> Junii 1972

Iosephus Ysewijn Pigato patri carissimo S. P. D.

Rapin tibi post prandium respondi ut scripulum, quem de genere vocis 'annales' habes, removeam.

Recte vidisti in titulo sepulcrali Alexandri Namèche, rectoris diu universitatis Lovaniensis, qui titulus exstat in abbatiæ Parcensis ecclesia, scriptum esse 'Belgicus annales'. (Namechius autem non Peruisiae natus est, sed Pervisae apud Flandros!). Item apud Gaguinum recte legisti 'annales, quas...'

Quid ea de re cogitandum? Vox 'annales' per se non est masculini generis, quia adiectivum est quod genus sumit a substantivo, quod plerumque tacetur. Semper fere 'annales [libri]' significatur ideoque pro masculino habetur. At si quis, puta, 'annales [historias]' significari novult, genus iure mutabit. Quod ni fallor Gaguinus et epitaphii ~~rector~~ fecisse videntur.

De litteris tuis nihil amplius addam nisi quod magnum ex iis gaudium sumpsit. Dum scribas, valere mihi videris. Deo gratias!

Vale cum discipulis tuis!

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 1037

---

---

Jisewin

---

Corano, 17 luglio 1972



Lovanii, 17. VII. 1972



SEMINARIUM PHILOGOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 22  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Iosephus Ysewijn Pigato Patri carissimo S. P. D.

Inter multas litteras, quae responsum a me expectant,  
duae ni fallor a te missae iacent. At hoc tempore examiniibus academicis  
eram oneratus, itinere insuper ad Aquas Godismontanas ad Rhenum  
distentus. Nunc breviter ad tuam quaestionem redeo:

Die 19 mensis Augusti proximi Cantabrigiae cum collegis  
conveniam, quibus conventus Amstelodamensis munus incumbit ut rerum  
agendarum ordinem constituent. Gratia tua de Voltae carminibus  
is proponam et videbimus quadretne cum programme an minus. Spero  
ut quadrare possit, nam me allicit.

Ad dolorem tuum de discipulis tuis hoc dico cum Torito:  
saeculum est. Etiam apud nostros pauci litterarum curriculum ingrediuntur,  
neque in meliores quoad ingenium. Plerique medicinam vel chemicam  
vel economiam eligunt, quia via facilior est ad opes et divitias. Nos qui  
Latinam linguam studemus, rarissimi sumus facti aves in terra et forte  
genus nostrum mox extinguetur. Apud nos et Theologi de Latinitate vident.  
(Quod ceteri homines de Theologis plerumque iam vident, hi miseri non  
vident....). Unum consilium esse potest: sume librum, animae refugium,  
et legendo vivas cum gaudio. Vale!

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGG 1053

---

---

Jisewj'n

---

---

Loverso, 15 gennaio 1973

---



SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 32  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Lovanii, die 15<sup>a</sup> Januarii 1973

Carissime Pater,

Tarotius quam decet tibi misi vota mea in annum novum. At paulo post Natalem laborare coepi febre et tussi influentiali itaque factum est ut ipse nihil fecerim scripserimve, magnus autem epistularum aliarumque rerum aceruus in mensa mea accumularetur. Postea incassum luctatus sum ut ex eo acervo emergerem. Non valui...

Gaudeo quod Amstelodamum cum discipulis venturus sis. Erit conventus maximi momenti et, credo, Latinitati maxime utilis. Venient viri et mulieres non tantum ex Europa, sed etiam Americani, Columbiani, Hawaienses, Australiomi. Neque academia tantum Amstelodamensis nos excipiet, sed etiam Leidensis.

Interim optime valere te iubeo in totum annum,

d. h.

P.S. Acta Lovaniensia (sub prelo) petas a : Wilhelm Fink Verlag,  
D-8 MÜNCHEN 40, Nikolaistrasse 2, Germania (DBR)

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 1056

Fisewjn

Uvani, 24 aprile 1973

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
LEUVEN



LEUVEN, 24 IV 1973


FAKULTEIT VAN DE WIJSBEGEERTE  
EN DE LETTEREN  
DEPARTEMENT LITERATUURWETENSCHAP

Iosephus IJsewijn Ioanni Baptistae Pigato suo S.P.D.,

Gratias ex imo animo et pectore pro votis, quae mihi in diem onomasticum misisti. Gaudeo quod duobus discipulis comitatus Amstelodamum venturus es: opus est ut adolescentes amore Latinitatis imbuantur, et quo melius id fieri potest quam conventu ab omni gente convocato, ubi videbant quot etiam nunc homines docti, iuniores et seniores, hanc linguam colant!

Optime valeas et discipulos meo nomine fervide salutes!

Tuus ut semper,



Iosephus

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 1063

Trisewin

Levani, 12 ottobre 1973



INSTITUUT  
VOOR  
MIDDELEEUWSE STUDIES

LEUVEN, 12. X. 73  
LEOPOLDSTRAAT 32  
TEL. 016/231.11

Josephus Ysaÿjn Ioanni B. Pigato suo S.P.D.,

Raptim tibi rescribo, pater carissime, ut tibi significem quantum commotus sim nuntio morbi tui. Cum Amstelodami non adessem iam timebam: sollicitudinem meam confirmaverunt litterae tuae. Utinam Deus tibi reddat valetudinem. Preces eam ob rem fudimus Jewidas.

Post Amstelodamensem conventum Melitam petimus. Multos amicos ibi vidimus, insulam magna admiratione et ut ita dicam amore perlustravimus una cum uxore et liberis. Nunc vero nimio onere academico gravatus et obortus labor et laboro. Quae res garrulitati epistolicae frena imponit.

Vale et valetudinem cura! Medico obtempera!

Joannes tuus

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. 198 1070

---

---

Fisewin

---

Levano, 1 gennaio 1974



OPRECHTE WENSEN

VOOR EEN ZALIG KERSTFEEST

EN EEN GELUKKIG NIEUWJAAR

Eximio poetae Ioanni B. Pigato  
nostrae aetatis Prudentio  
per novum annum 1974  
semper afflet Deus  
hominum sospitator!



A Josepho Jisewijn Lona  
niansis voluitis professor.

MINIATUUR UIT DE STATUTEN VAN DE RECHTSFACULTEIT  
TE LEUVEN (LATIJNS HANDSCHRIFT, XVde EEUW); ZIJ  
STELT DE KRUISIGING EN DE VIER EVANGELISTEN VOOR  
EN WERD GEBRUIKT BIJ EEDAFLEGGINGEN.

BRUSSEL, ALGEMEEN RIJKSARCHIEF  
FONDS UNIVERSITEIT LEUVEN, NR. 609



**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1096

---

---

*Jisewjn*

---

*Corvino, 29 aprile 1974*



FAKULTEIT VAN DE WIJSBEGEERTE  
EN DE LETTEREN  
DEPARTEMENT LITERATUURWETENSCHAP

LEUVEN, 29 April 1974

Prof. Giov. Batt. PIGATO  
Collegio Gallio,  
Via Gallio

I-22100 COMO            Italic.


Carissime Pater,

Quas mihi die lunae post Pascha dedisti litteras, heri accepi. Gavisus sum simul et contristatus, quia ex iis percepisse credo te pessima laborare salute. Quod ut secus sit, vel si sit, ut in melius mutetur ex imo animo spero et Deum ardentissima prece oro. Nos omnes ~~s~~atis valemus et nobis proponimus mense Iulio proximo Italiam petere.

Volumus enim totam ~~f~~amiliam et autocinetum tramini imponere Bruxellis eoque modo Mediolanum vehi, ubi diebus 23-26 in domo professoris Billanovich commorabimur. Inde Florentiam et Montem Politianum proficiscemur. Interim tu cura ut melius valeas : invicem preces fundamus ut supremum et optimum Numen nobis omnibus impertiat salutem prosperam et vivendi alacritatem.

EXTRA S

Salutamus te omnes ex imo  
animo,



Prof. J. IJsewijn.

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1108

---

---

Jisewjn

---

Lovano, 23 novembre 1974

---



INSTITUUT  
VOOR  
MIDDELEEUWSE STUDIES

LEUVEN, 23 XI 1974

~~LEUVEN, 23 XI 1974~~ Blijde Inkomststraat  
TEL. 016/231.11 21

Rev. Padre G.B. Pigato,  
Collegio Gallio,  
Via Gallio  
I-22100 C O M O  
ITALIA

*Carissime Pater,*

Valde commoti sumus nuntio tuo, quo significasti in nosocomium te esse translatum e collegio. Deum cotidie enixe precamur ut meliorem tibi reddat valetudinem, qua tum ephabaei vestri adolescentulis tum communi Latinitatis causae servire et optime mereri possis. Cove morbo cedas! Si nil aliud agere tibi liceat in lectulo, carmina scribas. Nam mentem animumque vegetant, cor illustant itaque corpus quamvis imbecillum sustentant. Cantando revivisces! Semper tui meminimus. Salutant te liberi et uxor tibi iam omnia fausta optant in finem huius anni et initium proximi. Utinam dies Natalis et te tenasi faciat. Vale

*Tuus ex animo amicus tibi que devotus*

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. P9B 117

Tisewjn

Cavaso, 27 febbraio 1975

31



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
LEUVEN

SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE

BLIJDE INKOMSTSTRAAT 21  
B - 3000 LEUVEN (BELGIË)  
TEL. 016/23 88 51

LEUVEN, 27 II 1975

UW REF.  
ONZE REF.

Rev. Padre G.B. Pigato,  
Collegio Gallio  
Via Gallio  
I-22100 COMO  
ITALIA

Carissime Pater,

Ipse valde refrigeratus, tussibundus identidem et paene febricitans vota tibi misi ut bene valeres. Quod Rapallo Comum revertisti in bonum verbo praesagium. Cave nimium laboraveris itaque vires praeter modum exhaustas!

Quod photographiam uxoris nondum misit causa est imaginem, cum fecit, commotam esse itaque quasi velo obductam videri. Sed si habere vis etiam si deformis est, faciendam curabimus et mittemus.

Bene vale et saluta nostro omnium nomine patres et fratres collegii.

V. r.



A Josepho Hse.  
Wijn Belga



ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1132

Trisevjm

Lovanio, 10 gennaio 1976

Misit Josephus Ijse wijnijs  
LOVANIENSIS

30



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT  
LEUVEN  
SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE  
BLIJDE INKOMSTSTRAAT 21  
B - 3000 LEUVEN (BELGIË)  
TEL. 016/23 88 51

LEUVEN, 10 Januarii 1976



Rev<sup>mo</sup> Padre Giov. Batt. Pigato,  
Collegio Gallio  
Via Gallio  
I-22100 C O M O  
ITALIA

UW REF.  
ONZE REF.

Carissime Pater,

Cum legissem litteras tuas exeunte anno 1975 ad me datas valde contristatus sum. Volui tibi omnia prospera in novum annum optare, sed si tam mala es valetudine ut scripsisti, nihil possumus nisi Deum precari et exorare ut dolores minuat, ut restituat, si Ei videtur, servo fidelissimo valetudinis quantum satis sit ad beate vivendum. Det tibi Deus ut poenitionem illud de sacerdotio christiano absolvere possis: religiose adservabo et, si tibi videtur et fieri potest, publici iuris faciam. Si mense aprili proximo Italiam petam, quod ut fiat spero, te invisere conabor. Fac ut vivas! Nos omnes te amamus et pro te oramus. Saluta etiam compadres, confratres et discipulos.

Totus ex animo tuus,

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1165

Fisewin

Covansa, 1 febbraio

Lovanii, Kal. Febr. MCI

Carissime Pater!

Quod iamdudum de me meisque nil audiveras, non ortum esset e mala voluntate vel viroto (quid tandem viascar!) animo, verum unis temporis vacui angustiis imputandis. Nescio num te iam scripserim me ab hoc anno academico non binas sed quaternas horas singulis hebdomadalibus de grammatica latina praelegere debere. At quae antea exsequenda erant officia nulla ex parte adlevata sunt! Episcula et pensa CLXV studiosorum diligenter corrigenda sunt; investigationes scientificae continuandae, iter Romanum parandum, uxor filiolaeque duae curandae. Accessit denique quod exeunte anno meo in plagulae corrigendae erant libri mei docti "De sacerdotibus sacerdotisque Alexandri Magni et Lagidarum eponymis", qui dudum Bruxellis prodit. Quod autem ad novum annum nihil nisi, eo factum est quod apud nostros — si charitas pictas pueris mittendas exasperis — hic nos fore exolevit.

Nunc priusquam de aliis rebus loquar, ex animo vota mea exprimere velim de bona valetudine, quam te recuperare ardentius cupimus et volumus. Ne nimis te ipse fatigaveris! Cura, quaesumus, te ipsum ut nullis diu etiam prodesse possis oratione et scriptis. Heri accepi commentationem tuam de Stampa poeta, altero post Paulum Diaconum Lari locus praecione Latino. Huius poetae nomen et "epigrammatum centurias" fama saltem noveram. Epigrammata autem nunquam legeram, utpote quae apud nostros praesto non essent. Gaudeo imprimis quod hunc poetam seriore ab oblivione vindicasti! Ego velim aliquando historiam conscribere poesis Latinae saec. XVII-XIX at.... pleraque opera mihi desunt. Bibliotheca Lovanienis, ut scis, his incendio delicta est. Itaque ut exemplum proferam, nullum Vallaurii opus possidemus, perpaucas opera poetica scriptorum e S. J. etc. Spero me in Italia quaedam legere et excerpere posse. Auxilio etiam favor quorundam amicorum e Germania, qui multa de poetis Latinis Germaniae saeculi XIX conquisiverunt, atque e Croatia, qui poetas Croatas mihi descripturi sunt. Semper acerbe doleo praestantissimos poetas Latinos, quia seriore aetate vixerunt, obscura oblivione premi: puta Sarravianum, Baldem, Iaretasium, Rapium, Hosschium innumerisque alios!

Gratias etiam, cara amice, propter subtilissimam libri nostri existimationem! Episcula, quae omisi et a te adducuntur, non novi nec Lovanii praesto sunt. Ut apud te erimus, diligenter eo enotabo. Fac, quaeso, eius rei reminiscar!

Communem advenimus, si faustum iter nobis praestet Deus, die 17<sup>a</sup> mensis Aprilis, ibique morabimur usque ad mane diei 19<sup>ae</sup>. Die 18<sup>a</sup> Andermatti pernoctabimus, dein tramite curiculum Gotthardianum pervehemus, ab Aiedo tandem autocineto Communem festinabimus ad te videndum.

Vale, optime Pater et valetudinem diligentissime cura!

Salutem tibi uxori, Annulae, Etzulaeque.

(Arch. Pomasoa)